+

Responsio Patrum Predicatorum.

Negotio illo, quod fr̃es Predicatores Provinciæ Castellæ, catholicæ doctrinæ retinendæ studio, ac zelo commoti agebant in Hispania, adversus multa contenta in dictis Pr̃is Ludovici Molinæ Societatis Jesu, potissimum in lib.o de concordia grãe, et liberi arbitrij, quæ veram, sanamque doctrinam minime redolere putaverant, ad hanc Sanctam Sedem devoluto, eiusdem S.tæ Sedis iudicium, ac definitionem cupiebamus, et expectabamus, quemadmodum in consimilibus, quæ apud ipsam tot annorum cursu denunciari contigit, iudicare ipsa, ac definire tanta sui ipsius maiestate, tantoque Christi fidelium fructu consuevit: ut ab ea, quæ veritatis est columna, et omnium magistra disceremus nos, discerent omnes, an in præfati Molinæ doctrina quippiam reperiretur, quod reijciendum esset, necne.

1. Veruntamen à S.mo D. N. huius rei ca coram Ill.mo D. Card.li Madrucio una cum aliquibus Patribus Societatis convenire iussi, quatenus discurreretur, an una illorum, et nostra circa grãe efficaciam esse posset sent.a In p.a Cong.ne quæ fuit 22. februarij huius anni 1599. nobis prius semel, et iterum professis, non totius Predicatorum familiæ noie, cuius gnalia studia, et theologi alij quiqui, temporis opportunitate concessa fuisset consulendi; sed tanquam theologiæ professores, qui in urbe essemus, congressibus illis interesse: adijcientibus, ac sæpe iterantibus, nec nobis, nec fribus Provinciæ Castellæ (quod facts intelleximus) quicquam prorsus negotij esse cum Societate, vel cum eiusdem Patribus, sed cum scriptis dumtaxat nominati Patris Molinæ, et cum illis, qui ea tueri vellent, quatenus solum ea in re se ipsius defensores gererent. Respondit Ill.mus Card.lis Madrucius S.mi D. N. voluntatem eò spectare ut videretur, an inter Patres Societatis, et nos aliqua in ijs, quæ controversari videbantur, esse posset consensio: scire proinde eundem S.mum quid de Molinæ doctrina facto opus esset, iamque negotium ipsius vel absolutum, vel propediem absolvendum. Quibus addebat

UGR Biblioteca Universitaria

Rmus P. malis necse, nec Pres illos suos Molinam in omnibus tuend
4 suscipere; multa n. in illo legi, quæ nec ipsis placerent. Cumq multi
hinc inde circa rȩ dicerentur, fine Congni imposito, spes aliqua elucere
uidebatur, ut breui tempore constare posset quid consentionis, quid
dissentionis inter vtramq partem versaretur.
2. In dicta sequenti Congne pa Quadragesimæ Domca vlta eiusdȩ februarij die,
coram eodȩ Illmo. Pris, quȩ in priori diximus, tunc et à nobis repe
quȩ proinde toto huius tractationis cursu, tanquã nobissa haberentur
obtulimus quasdã propones, quȩ de grȩ efficaci materiam omnino ab
uebant, quibus sane Pres Societatis dicerent, an eas, vt suas omnin
uel partem, uel nullatȩ agnoscerent: ita. n. facile nobis suadibam
prim Smi. D. N. animũ voti compotem futurũ, cum circa ea, quȩ poti
simũ controuerterent, statim uidere eet, an conueniremus, necne
4o Contra Pres Societatis viæ huic facillimæ, ac expeditissimȩ manu
neutiquã dare uoluerunt, ut vz sentum suum nunq aperientes
+ (quod illis studiũ perpetuũ hac in re huicq fuisse res ipsa doc
uidetur) negotium longius fortasse produceretur; sed occulta
aliqua rone nobi aliquas proponere moliebantur, quæ puncti
efficacis grȩ minime attingebant: quare longa concertatione
de methodo procedendi habita, re infecta, terminata fuit Cong
-3- Deinceps die 29. Martij rursus vocati coram Illmis Dnis Cardbus Maduz
cio, Asculano, et Bellarmino, his duobus à Smo D. N. coniudicibus eidem
+ Maducio Illmo + adhibitis, agentibus ipsis Illmis ut conuenientior adhiberetur mod
quo voti compos Smus fieret, videretr s. an concordes in Cta materi
esse possemus: si quidem sentam nram requirebat Pontifex, et ut
Consultores in hoc negotio uocabat. Respondimus nos quod vbi caus
Molinæ non agebat, qualecunq obsequiũ nrum summo ipsi Pont.
exhibituri, cum huic operȩ presto essemus quȩstiones ab ipsis Illmis
proponendas

proponendas postulauimus, quibus libenter respondissemus. Sequuntur interi
nonnullæ questiones quas uix considerantes, cum ex multiplici
capite non ab ipsis Ill.mis sed á Patribus Societatis formatas dignosceremus,
illis responsum dare abnuimus, cum eas proponere, quæ definienda
essent non ad Præfatos Patres, sed ad Card.les Ill.mos attineat. Cum itaq.
4. Ill.mus Madrucius octo propositiones ex Apologia Fratrum Prædicatorum
Prou.æ Castellæ sapientissimé excerpsisset, in quibus summaria puncta
de gratiæ efficacia, ac diuina prædestinatione contineri uidebat, nos nec
uerbo quidem mutato, sed ipsis formam propositionum referentibus, in
questionum modum eiusdem Ill.mi assensu dumtaxat redactis, ut nos
eramus responsuri, ita expectabamus Patres quoque Societatis res=
ponsuros, tamquam questionibus ab Ill.mo Madrucio propositis.
Ipsis uero non respondentibus, sed suas quasdam questiones
in medium adferentibus, tandem demandatum illis fuit, ut quid de
questionibus illis sentirent enunciarent. Quo facto, cum eorum uerba
uarium possent admittere sensum, nos ut quid demum resoluté senti=
rent, aliquando innotesceret (ita enim debitam S.mo obedientiam, et
optatam huic rei expeditionem parari uidebamus) statim duplicem
illorum uerborum sensum aperuimus, et altero repudiato, alteri
adhærentes, sperabamus cito fore, ut quem ipsi eligerent, dignosceremus.
Aliter ipsis alio spectantibus uisum est, hac scilicet, et illac circuire, liberé
quid sentiant, nullatenus enunciare, efficaciam gratiæ totam á deo numquam
ingenué fateri. Ita demum aliis ultro citroque scriptiunculis traditis
in d.a Cong.ne Dom.ca ante Dni Ascensionem 18 maij, cum tres inter
alias Ill.mus Madrucius circa iam oblata questita delegisset propo=
sitiones, in quibus minimé constabat, an esset inter nos contentio,
efficacia ex parte Dei tota se tenente adhuc non stabilita, totis

UGR Biblioteca Universitaria

pedibus transiuere, ipsi ad difficultatem de modo eiusdem efficaciæ, à quo et longius citissimé abeuntes, ad prædeterminationem Dei, respectu operis volunta-
ac de eiusdem voluntatis sub tali prædeterminatione libertate, latissimus bien
horarum sermo hincinde habitus est. In quo tamen nec verbo quidem,
quid de iis, quæ discutiebantur, ipsi sentire volentibus, ea una mens
id unum consilij propositum erat, ut à nobis aliquid vel raptim
extorquere possent. Quamobrem cum neutrius partis sensum omnino
Illustrissimi certum haberent, iniunxere, ut utrique sententiam nostram circa ea præ-
cipue, quæ tunc fuere agitata sinceré scriptis traderemus. Quid multa
Nos ut par erat, propositiones, quid circa efficaciam gratiæ, quid circa
eiusdem modum, quid circa diuinam voluntatis nostræ prædeterminationem
et eiusdem voluntatis determinationem, ac plenam in iis libertatem susti-
neamus, manifestissime aperuimus. Patres veró Societatis, ut
cunque sibi possit quid sentiat non sensum suum, sed quæ nonnulla
plerique, ut putant, Fratres Prædicatores affirmant in quinque Propositionibus dederunt
Hæc autem quid ad mandatum Illustrissimorum Dominorum Cardinalium quo factum est, ut re
cognita impositum eis fuerit, ut quid sentirent, manifestare deberent
Quod cum faciunt seu facere parant proœmium præmittunt, in quo minime
recte dicunt Illustrissimum Madruccium utrique parti præcepisse, ut ea proponeret,
in quibus putaret esse discrepantiam, cum solum quid utraque pars sen-
tiret, manifestari demandauerit, ut à nobis supius dicebatur.
Ea propter cum eiusdem Illustrissimi mandatum, secus ac factum fuerit,
acceperint, ex quo deinceps illationis nota oriuntur, quæ prius
attulerant, non inconsultó allata suadere laborent, id grauis ab
ipsis effectum non obscuré dignoscitur. Dicunt profectó, se ex
libris scriptis, ac thesibus in Hispania, et Romæ editis, quinque illas
collegisse propositiones, quibus cupiunt nos responsum dare. At propositi fortasse

sumus

tinemus nos tueri, quae suum quisque Praedicatorum legat, scribat, dictet et literarijs congressibus exponat? Et quando id profiteremur, quid ergo faciunt ad rem de qua modo agitur? Si cupiunt sensum nostrum ac nos eum claris verbis manifestavimus? quorsum igitur aliunde ex scriptis libris, thesibus inquirunt? quod tamen facientes non nostram sed aliorum mentem indagant, quod utique in re est extra rem agere. Illi siquidem plerique ita ab ipsis existimati fratres Praedicatores rationem pro se ipsis reddent, si quando eos vocari contigerit. Qui n. ut Sanctissimo D. N. morem geramus, actibus ibi ut Consultores interfuimus, eramus forsan ab ipsis examinandi? Mirari quoque satis non possumus in eo, quod adjiciunt, se eadem ratione ad eas propositiones responsuros, quae fuerint ipsis tamquam suae propositae, cum nos in 2.da Congregatione quasdam propositiones ex libris, et scriptis Patrum Societatis, Molinae praecipue exceptas, et quas publice ijdem Societatis Patres defensarunt, quae negotij summam, de quo agitur plenissime absolvebant, obtulimus, summo studio cum ipsis agentes, ut dicerent, an tamquam suas, vel omnino, vel aliqua ex parte agnoscerent, an eas rejicerent, vere intelligentes, nullam faciliorem, expeditioremque adesse viam quod modo et ipsi fatentur, qua optatum a Sanctissimo finem assequeremur, qui tamen id omnino tunc recusantes, nobis constantissime adversati fuere. Saepius dicentes, pacem, quam ipsi expetere, et ut Sanctissimo obedirent, tantopere cupiebant, hac via minime adfuturam. At revera eorum conatus,

5. studia, industriam totam eo tendere credimus, ut eundem Molinam, cuius se partes agere a principio negarunt, cuiusque nomen ad tempus silent, ad extremum omnino, si possint, defendant. Jam enim ipsorum unus in postrema illa Congregatione sub die 16. maij dixit

post rerum aliquarum discussionem, ad nostriam se postea redituros in cuius sensu patefaciendo laborabimus. Ita ut cum nullius causa in tribunalia tractari dicatur, et credatur, cernere demum sit, quae omnia Patres Societatis moliti sunt unius Molinae defendendi causa egisse. Sed quid hoc ad nos? qui nullius modo causam agimus, qui nullius impugnamus, sed tantummodo ubi Consultores ab Ill.mis nomine S.mi vocati, quid in hac materia sentiamus, ingenue, sincere, et libere dicimus.

6. Jam vero cum nos, et propositionibus illis tribus, circa quas congressum mutuum habendum demandaverat Ill.mus Cardinalis Madrucius, et his et de quibus tunc vocetenus actum fuit, eiusdem Ill.mi mandato cumulate satisfecerimus. Patres vero Societatis quinque suis ultimis propositionibus non plene explicuerint, an tota gratiae efficacia a Deo veniat, an nobis partim et pendeat a lib.o arb.o tanquam a causa ipsius efficiente, in quo praecipue huius negotii partem semper consistere diximus, quid circa hoc, et praefatas duas propositiones sentiant illis dicendum videtur. Haec dixisse voluimus, ne nobis metipsis deesse videremur, quippe quibus sincere incedentibus, et tanquam Consultoribus una obedientia ductis sententiam nostram dicentibus, nullius causam agentibus, aliquid unquam detrimenti accideret, cum multa artificiose adeo a Patribus in dies fieri cernamus.

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria